



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Tertium

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romæ, 1619

De statu perfectionis in communi. Quæstio 184.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38803

IV. 601
QUEST. CLXXXIII. ART. IV. 601

ueniens sibi. Et similiter vera seruitus est seruitus peccati, cui coniungitur libertas à iustitia: quia scilicet per hoc homo impeditur ab eo quod est proprium sibi. Hoc autem quod homo efficiatur seruus iustitiæ vel peccati, contingit per humanum studium: sicut Apostolus dicit ibidem, Cui exhibetis vos seruos ad obediendum, serui eius estis cui obedistis, siue peccati ad mortem, siue obediens ad iustitiam. In omni autem humano studio est accipere principium, & medium, & terminum. Et ideo consequens est quod status spiritualis seruitutis, & libertatis secundum tria distinguatur, scilicet secundum principium, ad quod pertinet status incipientium: & medium, ad quod pertinet status proficientium; & terminum, ad quem pertinet status perfectorum.

Ad primum ergo dicendum, quod libertas à peccato fit per charitatem, quæ diffunditur in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis, ut dicitur ad Rom. 5. (Et inde est quod dicitur 2. ad Corinth. 3. Vbi Spiritus Domini, ibi libertas.) Et ideo eadem est diuisio charitatis, & statuum pertinentium ad spiritualem libertatem.

Ad secundum dicendum, quod incipientes, proficientes, & perfecti, secundum quod per hoc status diuersi distinguuntur, dicuntur homines: non secundum quodcumque studium, sed secundum studium eorum, quæ pertinent ad spiritualem libertatem vel seruitutem, ut dictum est.

Ad tertium dicendum, quod sicut prius dictum est, nihil prohibet in idem concurrere gradum & statum. Nam & in rebus mundanis illi qui sunt liberi, non solum sunt alterius status, quam serui, sed etiam sunt altioris gradus.

QUEST. CLXXXIV.

De pertinentibus ad statum perfectionis in communi, in isto articulo diuisa.

Deinde considerandum est de his, quæ pertinent ad statum perfectionis, ad quem alii status ordinantur.

* in corpore art. et art. 1. huius quæst. par. præ. ad 3.

dinantur. Nam consideratio officiorum quantum quod ad alios actus, pertinet ad legispositores: quantum autem ad sacra ministeria, pertinet ad considerationem ordinum, de quibus in tertia parte agitur.

¶ Circa statum autem perfectorum triplex consideratio occurrit. Primo quidem, de statu perfectionis in communi. Secundo, de his quæ pertinent ad perfectionem Episcoporum. Tertio, de his quæ pertinent ad perfectionem religiosorum.

¶ Circa primum quaruntur octo.

- ¶ Primo, verum perfectio attendatur secundum charitatem?
- ¶ Secundo, verum aliquis possit esse perfectus in hac vita?
- ¶ Tertio, verum perfectio huius vitæ consistat principaliter in consilijs vel in præceptis?
- ¶ Quarto, verum quicumque est perfectus, sit in statu perfectionis?
- ¶ Quinto, verum prælati & religiosi specialiter sint in statu perfectionis?
- ¶ Sexto, verum omnes prælati sint in statu perfectionis?
- ¶ Septimo, quis status sit perfectior, verum religiosorum vel episcoporum.
- ¶ Octavo, de comparatione religiosorum ad plebanos & archidiaconos.

368

ARTIC. I.

3. q. 4. a. *¶ Vtrum perfectio Christiana vitæ attendatur specialiter secundum charitatem?*

3. co. 183
 102. c. 135
 co. 1. 6
 quol 3 a
 27. 25 op.
 17. c. 6 et
 opu. 18. c.
 2. et 3. 6
 Ph lip 3.
 49. 2. co. 3.

AD primum sic proceditur. Videtur, quod perfectio Christianæ vitæ non attendatur specialiter secundum charitatem. Dicit enim Apost. 1. ad Cor. 14. Malitia paruuli estote, sensibus autem perfecti. Sed charitas non pertinet ad sensum, sed magis ad affectum. Ergo videtur quod perfectio Christianæ vitæ non consistat principaliter in charitate.

¶ 2 Præterea. Ad Ephes. ult. dicitur, Accipite maturam Dei, ut possitis resistere in die malo, & in

omnibus perfecti stare. De armatura autem Dei, subiungit dicens, State succincti lumbos vestros in veritate, & induti lorica iustitiæ, in omnibus sumentes scutum fidei. Ergo perfectio Christianæ vitæ non solum attenditur secundum charitatem, sed etiam secundum alias virtutes.

¶ Præterea, Virtutes specificantur per actus, sicut & alij habitus. Sed Iac. 1. dicitur, quod patientia opus perfectum habet. Ergo videtur, quod status perfectionis attendatur magis secundum patientiam.

SED contra est, quod dicitur ad Coloss. 3. Super omnia charitatem habete, quæ est vinculum perfectionis: quia scilicet omnes alias virtutes quodammodo ligat in unitatem perfectam.

RESPONDEO dicendum, quod vnumquodque dicitur esse perfectum, in quantum attingit proprium finem, qui est vltima rei perfectio. Charitas autem est quæ vnit nos Deo, qui est vltimus finis humanæ mentis: quia qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo, vt dicitur 1. Ioannis 4. Et ideo secundum charitatem specialiter attenditur perfectio Christianæ vitæ.

Ad primum ergo dicendum, quod perfectio humanorum sensuum præcipue in hoc videtur consistere, vt in unitatem veritatis conueniant: secundum illud 1. ad Corinthios 1. Sicut perfecti in eodem sensu & in eadem scientia. Hoc autem fit per charitatem, quæ consensum in hominibus operatur. Et ideo etiam perfectio sensuum radicaliter in perfectione charitatis consistit.

Ad secundum dicendum, quod dupliciter potest dici aliquis perfectus. Vno modo, simpliciter: quæ quidem perfectio attenditur secundum id quod pertinet ad ipsam rei naturam: puta si dicatur animal perfectum, quando nihil ei deficit ex dispositione membrorum, & alijs huiusmodi, quæ requiruntur ad vitam animalis. Alio modo dicitur aliquid perfectum, secundum quid: quæ quidem perfectio attenditur secundum

dum aliquid exterius adiacens, puta in albedine, vel nigredine, vel in aliquo huiusmodi. Vita autem Christiana specialiter in charitate consistit, perquam anima Deo coniungitur. Unde dicitur 1. Ioan. 3. Qui non diligit, manet in morte. Et ideo secundum charitatem attenditur simpliciter perfectio Christianæ vitæ, sed secundum alias virtutes, secundum quid. Et quia id quod est simpliciter, est principalissimum & maximum respectu aliorum: inde est quod perfectio charitatis est principalissimum, & maximum respectu perfectionis, quæ attenditur secundum alias virtutes.

Ad tertium dicendum, quod patientia dicitur habere opus perfectum in ordine ad charitatem, in quantum scilicet ex abundantia charitatis procedit, quod aliquis patienter toleret aduersa: secundum illud ad Rom. 8. Quis nos separabit à charitate Dei? tribulatio, an angustia?

ARTIC. II.

Utrum aliquis in hac vita possit esse perfectus?

869

sup. q. 24.

a. 8. 3. d.

29. qu. 1.

a. 8. q. 2.

ar. 11. et

Ephes. 6.

1e. 4. co. 1.

fn.

Phil. 1e. 2

1o. 3. et

1e. 3. pr.

et cor. 1.

fn.

text. 64.

1o. 2.

art. prac.

* ho. 14.

parum a

medio.

AD secundum sic proceditur. Videtur, quod nemo in hac vita possit esse perfectus. Dicit enim Apost. 1. ad Corinth. 13. Cum venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. Sed in hac vita non euacuatur quod ex parte est: manent enim in hac vita fides & spes, quæ sunt ex parte. Ergo nullus in hac vita est perfectus.

¶ 2 Præterea, Perfectum est cui nihil deest. Dicitur in 3. * Phys. Sed nullus est in hac vita cui deest aliquid. Dicitur enim Iacobi tertio, In multis offendimus omnes. Et in Psal. 138. dicitur, Imperfectum meum viderunt oculi tui. Ergo nullus est in hac vita perfectus.

¶ 3 Præterea, Perfectio vitæ Christianæ, sicut dictum est, attenditur secundum charitatem, quæ se comprehendit dilectionem Dei, & proximi. Sed quantum ad dilectionem Dei non potest aliquis perfectam charitatem in hac vita habere: quia v. Gregor.

dicat super Ezech. Amoris ignis qui hic ardere incipit, cum ipsum quem amat, viderit, in amore ipsius amplius ignescit. Neque etiam quantum ad dilectionem proximi: quia non possumus in hac vita omnes proximos actualiter diligere, etsi habitualiter eos diligamus. Dilectio autem habitualis imperfecta est. Ergo videtur, quod nullus in hac vita possit esse perfectus.

SE D contra est, quia lex diuina non inducit ad impossibile. Inducit autem ad perfectionem, secundum illud Matth. 5. Effote perfecti, sicut & pater vester celestis perfectus est. Ergo videtur quod aliquis in hac vita possit esse perfectus.

RESPONDEO dicendum, quod sicut dictum * est, perfectio vitæ Christianæ in charitate consistit. Importat autem perfectio quandam vniuersitatem: quia, ut dicitur in 2. 1. Physic. perfectum est, cui nihil deest. Potest ergo triplex perfectio considerari. Vna quidem absoluta, quæ attenditur non solum secundum totalitatem ex parte diligentis, sed etiam ex parte diligibilis, prout scilicet Deus tantum diligitur quantum diligibilis est. Et talis perfectio non est possibilis alicui creature, sed competit soli Deo, in quo bonum integraliter & essentialiter inuenitur. Alia autem est perfectio, quæ attenditur secundum totalitatem absolutam ex parte diligentis, prout scilicet affectus secundum totum suum posse semper actualiter tendit in Deum: & talis perfectio non est possibilis in via, sed est in patria. Tertia autem est perfectio, quæ neque attenditur secundum totalitatem ex parte diligibilis, neque secundum totalitatem ex parte diligentis, quantum ad hoc, quod semper actu feratur in Deum: sed quantum ad hoc, quod excludantur ea, quæ repugnant motui dilectionis in Deum: sicut 1. August. dicit in lib. 83. quæst. quod venenum charitatis est cupiditas, perfectio nulla cupiditas. Et talis perfectio potest in hac vita haberi. Et hoc dupliciter. Vno modo, in quantum ab affectu hominis excluditur omne illud, quod

art. 2. 2. c.

text. 64. 2. 2.

q 36. non longe a princ. 60.

quod contrariatur charitati, sicut est peccatum mortale. Et sine tali perfectione charitas esse non potest: unde est de necessitate salutis. Alio modo, in quantum ab affectu hominis excluditur non solum illud quod est charitati contrarium, sed etiam omne illud quod impedit ne affectus mentis totaliter dirigatur ad Deum, sine qua perfectione charitas esse potest, peccata incipientibus & proficientibus.

Ad primum ergo dicendum, quod Apostolus ibi loquitur de perfectione patrie, quae non est in vita possibilis.

Ad secundum dicendum, quod illi qui sunt in hac vita perfecti, in multis dicuntur offendere, secundum peccata venialia, quae consequuntur ex infirmitate presentis vitae. Et quantum ad hoc etiam habetur aliquid imperfectum, per comparisonem ad perfectionem patrie.

Ad tertium dicendum, quod sicut status presentis vitae non patitur, ut homo semper actu feratur in Deum; ita etiam non patitur, quod actu feratur in omnes proximos sigillatim: sed sufficit quod feratur communiter in omnes in universali, & in singulis habitualiter, & secundum animi preparationem. Quod autem etiam circa dilectionem proximi duplex peritio attendi, sicut & circa dilectionem Dei. Una eadem, sine qua charitas esse non potest, ut scilicet homo nihil habeat in affectu, quod sit contrarium dilectioni proximi. Alia autem, sine qua charitas non potest: quae quidem attenditur tripliciter. Primum quidem, secundum extensionem dilectionis, ut scilicet aliquis non solum diligat amicos & nos, sed etiam extraneos, & ulterius inimicos. Hoc enim, ut dicit Augustinus in Enchirid. est perfectorum filiorum Dei. Secundo, secundum intentionem, quae ostenditur ex his quae homo propter proximum contemnit, ut scilicet homo contemnat non solum exteriora bona propter proximum, sed etiam afflictiones corporales, & ulterius mortem: secundum illud Ioan. 15. Major est dile-

*in Enchi.
cap. 73.
60.3.*

dilectio
nat q
dilectio
non se
ha; &
cundae
ultime
nabus
A
D
6
sij. D
est, v
& veni
fectio
pncep
2
omnes
go perf
quetur
quod o
3
ur secu
tio cha
pncep
& augm
qu
charita
ve dicit
servabie
um pra
S D
Dominu
19. dicit
nem su
Matth. 2

dilectionem nemo habet, quam vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Tertio, quantum ad effectum dilectionis, vt scilicet homo pro proximis impendat non solum temporalia beneficia, sed etiam spiritalia; & ulterius seipsum: secundum illud Apostoli fondanda ad Corinthios duodecimo, Ego autem libentissime impendam, & superimpendam ipse pro animabus vestris.

ARTIC. III.

Utrum perfectio consistat in praeceptis, an in consilijs?

870

Ad tertium sic proceditur. Videtur, quod perfectio vitae non consistat in praeceptis, sed in consilijs. Dicit enim Dominus Matth. 19. Si vis perfectus esse, vade, vende omnia quae habes, & da pauperibus, & veni sequere me. Sed istud est consilium. Ergo perfectio attenditur secundum consilia, & non secundum praecepta.

2. cor. 6.
1. 10. 6.
quod 4. a.
24. ad 2.
Ep. 17
c. 6.

¶ 2. Praeterea, Ad obseruantiam praeceptorum omnes tenentur, cum sint de necessitate salutis. Si ergo perfectio Christianae vitae consistat in praeceptis, sequetur quod perfectio sit de necessitate salutis, & quod omnes ad ea teneantur. Quod patet esse falsum.

a. 1. 2.
p. 1.

¶ 3. Praeterea, Perfectio Christianae vitae attenditur secundum charitatem, vt * dictum est. Sed perfectio charitatis non videtur consistere in obseruantia praeceptorum; quia perfectionem charitatis praecedit & augmentum & inchoatio ipsius, vt patet per Augustinum super Canonicam Ioannis. Non autem potest charitas inchoari ante obseruantiam praeceptorum: quia vt dicitur Ioan. 14. Si quis diligit me, sermonem meum seruabit. Ergo perfectio vitae non attenditur secundum praecepta, sed secundum consilia.

tra 9. de
clu. ad
fin. 10. 9.

¶ 4. Contra est, quod dicitur Deuter. 6. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo. Et Leuitico. 19. dicitur, Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Haec autem sunt duo praecepta, de quibus Dominus dicit Matth. 22. In his duobus praeceptis pendet lex, & propheta.

pheta. Perfectio autem charitatis, secundum quam dicitur vita Christiana esse perfecta, attenditur secundum hoc, quod Deum ex toto corde diligamus, & proximum sicut nos ipsos. Ergo videtur quod perfectio consistat in obseruantia præceptorum.

RESPONDEO dicendum, quod perfectio dicitur in aliquo consistere dupliciter. Vno modo, per se & essentialiter. Alio modo, secundario, & accidentaliter. Per se quidem & essentialiter, consistit perfectio Christianæ vitæ in charitate: principaliter quidem, secundum dilectionem Dei: secundario autem, secundum dilectionem proximi. de quibus dantur præcepta principalia diuinæ legis, ut dictum est. Non autem dilectio Dei & proximi cadit sub præcepto secundum aliquam mensuram; ita quod id quod est plus sub consilio remaneat, ut patet ex ipsa forma præcepti, quæ perfectionem demonstrat, cum dicitur, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde. (Item enim & perfectum idem sunt, secundum Phil. 2. in 3. Physic.) Et cum dicitur, Diliges proximum tuum sicut teipsum. Vnusquisque enim seipsum maxime diligit. Et hoc ideo est, quia finis præcepti charitas est, ut Apost. dicit 1. ad Tim. 1. in fine autem non adhibetur aliqua mensura, sed solum in his quæ sunt adhibenda, ut Phil. dicit in 1. * Polit. Sicut medicus non adhibet mensuram quantum sanet, sed quantum medicina vel diæta viatur ad sanandum. Et sic patet, quod perfectio essentialiter consistit in præceptis. Unde August. dicit in lib. de perfectione iustitiæ, Cur ergo non præcipitur homini ista perfectio, quam non in hac vita nemo habeat? Secundario autem & accidentaliter, perfectio consistit in consilijs: quæ sicut & præcepta ordinantur ad charitatem, sed aliter & aliter. Nam præcepta alia à præceptis charitatis ordinantur ad remouendum ea quæ sunt charitati contraria, cum quibus scilicet charitas esse non potest; consilia autem ordinantur ad remouendum impedimenta actus charitatis, quæ tamen charitati non contrariantur.

9.44. att.

2. 6. 3.

9.44. att.

2. 6. 3.

9.44. att.

2. 6. 3.

9.44. att.

2. 6. 3.

triantur: sicut est matrimonium, occupatio nego-
riorum secularium, & alia huiusmodi. Vnde Aug.* *cap. 115.*
dicit in Enchirid. Quæcumque mandat Deus, ex qui- *10. 3.*
bus vnum est, Non mæchaberis; & quæcumque non
inbentur, sed speciali consilio monentur, ex quibus
vnum est, Bonum est, homini mulierem non tangere:
tunc rectè sunt, cum referuntur ad diligendū Deum,
& proximum propter Deum, & in hoc seculo, & in
futuro. Et inde est quod in collationibus Patrum di-
cite abbas Moyses*, Ieiunia, vigilia, meditatio Scri- *collat. 1.*
pturarum, nuditas ac priuatio omnium facultatum, *cap. 7. in*
non perfectio, sed perfectionis instrumenta sunt: quia *med.*
non in ipsis consistit disciplina illius finis, sed per illa
peruenitur ad finem. Et supra præmisit quod ad per-
fectionem charitatis istis gradibus ascendere nitimur.

Ad primum ergo dicendum, quod in illis verbis
Domini aliquid ponitur quasi via ad perfectionem,
hoc scilicet quod dicitur, Vade, vende omnia quæ ha-
bes, & da pauperibus. Aliud autem subditur, in quo
perfectio consistit, scilicet quod dicit, Et sequere me.
Vnde Hieronymus* dicit super Matth. quod quia
non sufficit tantum relinquere, Petrus adiungit quod
perfectum est, Et secuti sumus te. Ambros. ¶ autem
super illud Luc. 5. Sequere me? dicit, Sequi iubet,
non corporis gressu, sed mentis affectu, quod fit per
charitatem. Et ideo ex ipso modo loquendi appa-
ret, quod consilia sunt quadam instrumenta perue-
niendi ad perfectionem, dum dicitur, Si vis perfectus
esse, vade, & vende, &c. quasi dicat, Hoc faciendo
ad hunc finem peruenies.

Ad secundum dicendum, quod sicut August. ¶ di-
cit in lib. de perfectione iustitiæ, perfectio charita-
tis, homini in hac vita præcipitur: quia non rectè
curritur, si quo currendum est, nesciatur. Quomo-
do autem sciretur, si nullis præceptis ostenderetur?
Cum autem id quod cadit sub præcepto, diversimo-
de possit impleri, non efficitur transgressor præcepti
aliquis ex hoc quod non optimo modo implet, sed
Sec. Sec. Vol. iij.

Q. 9

suffi-

* super
hec verbis
Mat. c. 19
to 9.
¶ c. 5. in
tit. de my-
stia vo-
catione
publica-
ni in pr.
to 5.
ante me
lib. 10. 7.

in lib. de perfectione iustitie ante med. 10.7

art. prac. ad. 3.

sufficit quod quocumque modo impleat illud. Perfectio autem diuinæ dilectionis vniuersaliter quidem cadit sub præcepto, ita quod etiam perfectio patriæ non excluditur ab illo præcepto, vt dicitur Aug. sed transgressionem præcepti euadit, qui quocumque modo perfectionem diuinæ dilectionis attingit. Est autem infimus diuinæ dilectionis gradus, vt nihil supra eum, aut contra eum, aut æqualiter ei diligatur. A quo gradu perfectionis qui deficit, nullo modo implet præceptum. Est autem alius gradus perfectæ dilectionis, qui non potest impleri in via, vt dicitur etiam à quo qui deficit, manifestum est quod non est transgressor præcepti: & similiter non est transgressor præcepti qui non attingit ad medios perfectionis gradus, dummodo attingat ad infimum.

Ad tertium dicendum, quod sicut homo habet quamdam perfectionem suæ nature statim cum nascitur, quæ pertinet ad rationem speciei, est autem alia perfectio ad quam per augmentum adducitur: ita etiam est quædam perfectio charitatis pertinet ad ipsam speciem charitatis, vt scilicet Deus super omnia diligatur, & nihil contra eum ametur. Est autem alia perfectio charitatis etiam in hac vita, ad quam aliquis per aliquod spirituale augmentum peruenit: ut puta cum homo etiam à rebus licitis abstinere, vt liberius diuinis obsequijs vacet.

ARTIC. IV.

Virum quicumque est perfectus, sit in statu perfectionis?

871
quol. 1. a. 14. ad 2. c. 18.

art. prac. ad. 3.

AD quartum sic proceditur. Videtur, quod quicumque est perfectus, sit in statu perfectionis. Sicut enim per augmentum corporale peruenitur ad perfectionem corporalem, ita per augmentum spirituale peruenitur ad perfectionem spirituales, vt dictum est. Sed post augmentum corporale dicitur esse in statu perfectæ ætatis. Ergo etiam videtur quod post augmentum spirituale, cum quis iam adeptus est perfectionem, sit in statu perfectionis.

¶ Pra-

¶ 2 Præterea, Eadem ratione qua aliquid mouetur de contrario in contrarium, mouetur etiam aliquid de minori ad maius, vt dicitur in 5. Phisic. 1. Sed quando aliquid transmutatur de peccato ad gratiam, dicitur mutare statum, prout distinguitur status culpæ & status gratiæ. Ergo videtur quod paritate ratione cum aliquis proficit de minori gratia ad maiorem, quousque perueniat ad perfectum, quod adipiscatur perfectionis statum.

te. 19 80.
2.

¶ 3 Præterea, Statum adipiscitur aliquis ex hoc quod à seruitute liberatur. Sed per charitatē aliquis liberatur à seruitute peccati: quia vniuersa delicta operit charitas, vt dicitur Prouer. 10. Sed perfectus dicitur aliquis secundum charitatem, vt dictum est 1. Ergo videtur quod quicumque habet perfectionem, ex hoc ipso habeat perfectionis statum.

ap. 1. 114.
ius 9.

SED cōtra est, quod aliqui sunt in statu perfectionis, qui omnino charitate & gratia carent: sicut mali Episcopi, aut mali religiosi. Ergo videtur quod è contrario aliqui habent perfectionem vitæ, qui tamen non habent perfectionis statum.

RESPONDEO dicendum, quod sicut supra dictum est 1, status proprie pertinet ad conditionem libertatis vel seruitutis. Spirituales autem libertas vel seruitus potest in homine attendi dupliciter. Vno modo, secundum id quod interius agitur. Alio modo, secundum id quod agitur exterius. Et quia vt dicitur primo Regum 16. Homines vident ea quæ parent, sed Deus intuetur cor: inde est quod secundum interiorem hominis dispositionem accipitur conditio spiritualis status in homine, per comparationem ad iudicium diuinum. Secundum autem ea quæ exterius aguntur, accipitur spiritualis status in homine per comparationem ad Ecclesiam. Et sic nunc de statusibus loquimur, prout scilicet ex diuersitate statuum, quædam Ecclesiæ pulchritudo confurgit. Est autem considerandum, quod quantum ad homines, ad hoc quod aliquis adipiscatur statum libertatis vel serui-

q. preced.
art. 1.

Q9 2 tutis,

tutis, requiritur primo quidem obligatio aliqua vel absolutio. Non enim ex hoc quod aliquis seruire alicui, efficitur seruus: quia etiam liberi seruiunt, secundum illud ad Gal. 5. Per charitatem spiritus seruire inuicem. Neque etiam ex hoc quod aliquis desinit seruire, efficitur liber, sicut patet de seruis fugiuis. Sed ille propriè est seruus, qui obligatur ad seruendum: & ille est liber, qui à seruitute absoluitur. Secundo requiritur quod obligatio prædicta cum aliqua solemnitate fiat: sicut & cæteris quæ inter homines obtinent perpetuam firmitatem, quadam solemnitas adhibetur. Sic ergo & in statu perfectionis propriè dicitur aliquis esse, non ex hoc quod habet actum dilectionis perfectæ, sed ex hoc quod obligat se perpetuè cum aliqua solemnitate ad ea quæ sunt perfectionis. Contingit etiam quod aliqui se obligant ad id quod non seruant, & aliqui implent ad quod se non obligauerunt: ut patet Matt. 21. de duobus filijs, quorum vnus patri dicenti, Operare in vinea, respondit, Nolo: postea abierat: alter autem respondens ait, Eo, & non iuit. Et idè nihil prohibet aliquos esse perfectos, qui non sunt in statu perfectionis: & alios quos esse in statu perfectionis, qui tamen non sunt perfecti.

Ad primum ergo dicendum, quod per augmentum corporale proficit aliquis in his quæ pertinent ad naturam: & idè adipiscitur naturæ statum, præsertim quia quod est secundum naturam, quodammodo immutabile est, in quantum natura determinatur ad vnum. Et similiter per augmentum spirituale interioris aliquis adipiscitur statum perfectionis quantum ad diuinum iudicium: sed quantum ad distinctiones ecclesiasticorum statuum non adipiscitur aliquis statum perfectionis, nisi per augmentum in his quæ exterior aguntur.

Ad secundum dicendum, quod illa etiam ratio procedit quantum ad interiorem statum. Et tamen cum aliquis transit de peccato in gratiam, transit de leuitate

nitute ad libertatem : quod non contingit per simplicem profectum gratia, nisi cum aliquis obligat se ad ea quæ sunt gratia .

Ad tertium dicendum , quòd illa etiam ratio procedit quantum ad interiorum statum . Et tamen licet charitas variet conditionem spiritualis seruitutis & libertatis, hoc tamen non facit charitatis augmentum .

ARTIC. V.

Utrum religiosi & pralati sint in statu perfectionis?

872

AD quintum sic proceditur . Videtur, quòd pralati & religiosi non sint in statu perfectionis . *epus. 18. cap. 16.*

Status enim perfectionis distinguitur contra statum incipientium & proficientium . Sed non sunt aliqua genera hominum deputata specialiter statui proficientium vel etiam incipientium . Ergo videtur quòd nec etiam debeant esse aliqua genera hominum deputata statui perfectionis .

¶ 2 Præterea, Status exterior debet interiori statui respondere: alioquin incurritur mendacium, quod non solum est in falsis verbis, sed etiam in simulatis operibus, ut Amb. dicit in quodam sermone * . Sed multi sunt pralati vel religiosi, qui non habent interiorum perfectionem charitatis . Si ergo omnes religiosi & pralati sint in statu perfectionis, sequeretur quòd quicumque eorum nõ sunt perfecti, sint in peccato mortali, tamquam simulatores & mendaces .

de Abraham, & refertur in decretis 22. q. 1. c. caute.

¶ 3 Præterea, Perfectio secundum charitatem attenditur, ut supra habitum est * . Sed perfectissima charitas videtur esse in martyribus, secundum illud Ioan. 15. Maiorem dilectionem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Et super illud ad Hebr. 12. Nondum enim usque ad sanguinem, &c. dicit gloss. * Perfectior in hac vita nulla dilectio est ea, ad quam sancti Martyres perueniunt, qui contra peccatum usque ad sanguinem certaerunt. Ergo videtur quòd magis debeat perfectionis status attribui martyribus, quam religiosi & episcopis.

Aug. in serm. 17. de verbis Apo. 10. 10.

Q 9 3 SED

c. 5 eccl. hiera. in sit. de sacerdotum perfect.
 SED contra est, quod Dion. in 5. cap. * Eccl. hier. attribuit perfectionem Episcopis tamquam perfectioribus. Et in 6. cap. † eiusdem libri attribuit perfectionem religiosis, quos vocat monachos vel therapeutas, id est, Deo famulantes, tamquam perfectis.

† c. 6. eccl. hier. p. 1. non procul a fine.
 RESPONDEO dicendum, quod sicut dictum est *, ad statum perfectionis requiritur obligatio perpetua ad ea que sunt perfectionis, cum aliqua solemnitate. Vtrumque autem horum competit & religiosi & episcopis. Religiosi enim se voto astrinxerunt ad hoc quod à rebus secularibus se abstineant, quibus licet uti poterant, ad hoc quod liberius Deo vacent, in quo consistit perfectio presentis vite. Vnde Dion. † dicit 6. cap. Eccl. hierar. de religiosi loquens: Alij quidem therapeutas, id est, Dei famulos ex puro Dei seruitio & famulatu. Alij verò monachos ipsos nominant ex indivisibili & singulari vita vitante ipsos indivisibilium sanctis contuentionibus, id est contemplationibus, ad Deiformem vitam & amabilem Deo perfectionem. Horum etiam obligatio fit cum quadam solemnitate professionis & benedictionis. Vnde & ibidem subdit Dionys. * Propter quod perfectam ipsis donans gratiam sancta legislatio quaedam ipsos dignata est sanctificatiua inuocatione. Similiter etiam Episcopi obligat se ad ea que sunt perfectionis, pastorale assumens officium, ad quod pertinet ut animam suam ponat pastor pro ouibus suis, sicut dicitur Ioan. 10. Vnde Apostolus dicit 1. ad Timotheum. ult. Confessus bonam confessionem coram multis testibus, id est, in sua ordinatione, * vt glossa ibidem dicit. Adhibetur etiam quadam solemnitas consecrationis simul cum professione predicta, secundum illud 2. ad Tim. 1. Resuscites gratiam Dei que est in te per impositionem manuum mearum: quod glossa exponit de gratia episcopali. Et Dion. * dicit 1. cap. Eccl. hierar. quod summus sacerdos, id est Episcopus, in sua ordinatione habet eloquiorum superpositum sanctissimam superpositionem, vt significat quod

eodem loco nunc dicto.

gl. interl. ibid.

gl. interl. ibid. non remota a fine.

quod
 chica
 us on
 & acti
 Ad p
 mentu
 atione
 homin
 sumun
 Ad si
 section
 hos eff
 Vnde &
 compre
 tem si q
 Quicum
 de non
 nem ex
 perfecti
 perfectu
 Ad te
 perfecti
 sectionis
 dum est

Vtrum
 A D se
 pra
 Dicit eni
 Idem pre
 sicut erg
 ne ei qui
 scopi not
 atione D
 & in com
 sunt in
 vites cu

quod ipse est participatius integræ totius hierarchicæ virtutis; & quod ipse non solum sit illuminativus omnium, quod pertinet ad sanctas locutiones, & actiones: sed quod etiam hoc alijs tradat.

Ad primum ergo dicendum, quod inchoatio & augmentum non quaritur propter se, sed propter perfectionem. Et ideo ad solum perfectionis statum aliqui homines cum quadam obligatione & solemnitate assumuntur.

Ad secundum dicendum, quod homines statum perfectionis assumunt, non quasi profitentes se ipsos perfectos esse, sed profitentes se ad perfectionem tendere. Unde & Apostolus dicit ad Phil. 3. Non quod iam comprehenderit, aut iam perfectus sim: sequor autem si quo modo comprehendam. Et postea subdit, Quicumque ergo perfecti sumus, hoc sentiamus. Unde non committit aliquis mendacium, vel simulationem ex hoc quod aliquis non est perfectus qui statum perfectionis assumit, sed ex eo quod ab intentione perfectionis animum reuocat.

Ad tertium dicendum, quod martirium in actu perfectissimo charitatis consistit. Actus autem perfectionis non sufficit ad statum faciendum, ut dictum est †.

ARTIC. VI.

ar. 4. huius 9.

Utrum omnes prelati ecclesiastici sint in statu perfectionis?

873

AD sextum sic proceditur. Videtur, quod omnes prelati ecclesiastici sint in statu perfectionis. Dicit enim Hier. † super epistolam ad Titum, Olim idem presbyter, qui & episcopus. Et postea subdit, Sicut ergo presbyteri sciunt se Ecclesie consuetudine ei qui sibi prepositus fuerit, esse subditos: ita episcopi noverint se magis consuetudine, quam dispensatione Dominice veritatis, presbyteris esse maiores, & in communi debere Ecclesiam regere. Sed Episcopi sunt in statu perfectionis. Ergo & presbyteri habentes curam animarum.

op. 18. c.

22. 23. 25

26.

sup illud

ad Tit. 1.

constituas

per civitates presbyteros

28. 9.

Q9 4 ¶ 2 Præ-

est gl Be-
da hoc lo-
co, to. 2.

¶ 2 Præterea, Sicut Episcopi suscipiunt curam animarum consecratione, ita etiam presbyteri curati, & archidiaconi: de quibus super illud Actuum sexto, Considerate, fratres, viros boni testimonij septem, &c. dicit glossa †, Hic discernuntur Apostoli per Ecclesiam constitui septem diaconos, qui essent sublimioris gradus, & quasi columnæ, prostrati circa aram. Ergo videtur quod ipsi etiam sint in statu perfectionis.

ar. 2. hu-
ius quæst.
ad 3.

¶ 3 Præterea, Sicut Episcopi obligantur ad hoc quod animam suam ponant pro ouibus suis, ita & presbyteri curati, & archidiaconi. Sed hoc pertinet ad perfectionem charitatis, ut supra dictum est †. Ergo videtur quod etiam presbyteri curati, & archidiaconi sint in statu perfectionis.

e 5. p. 1.
in tit. de
Sacerdo-
tum per-
fect. ame.
& in tit.
Contem-
platio,
circa me.

SED contra est, quod Dionysius † dicit in quinto cap. Ecclesiasticæ hierarchiæ, Pontificum quidem ordo consummatius est & perfectius: Sacerdotum autem illuminatius & lucidius: Ministrantium vero purgatius & discretius. Ex quo patet quod perfectio solis Episcopis attribuitur.

q. præced.
ar. 3. ad
3.

RESPONDEO dicendum, quod in presbyteri & diaconibus curam habentibus animarum, duo possunt considerari, scilicet ordo, & cura. Ordo autem ordinatur ad quemdam actum in diuinis officiis. Vnde supra dictum est †, quod distinctio ordinum sub distinctione officiorum continetur. Vnde per hoc quod aliqui suscipiunt sacrum ordinem, accipiunt potestatem quosdam sacros actus perficiendi. Non autem obligantur ex hoc ipso ad ea quæ sunt perfectionis, nisi quatenus apud Occidentalem Ecclesiam in dispensatione sacri ordinis emittitur continentia votum, quod est vnum eorum quæ ad perfectionem pertinent, ut infra dicetur †. Vnde patet quod ex hoc quod quis accipit sacrum ordinem, non ponitur simpliciter in statu perfectionis: quamuis interior perfectio ad hoc requiratur, quod aliquis digne huiusmodi actus exerceat. Similiter etiam nec ex parte curæ

qu. 186.
ar. 4.

quam suscipiunt, ponuntur in statu perfectionis. Non enim obligantur ex hoc ipso, vinculo perpetui voti ad hoc quod curam animarum retineant: sed possunt eam deferere, vel transeundo ad religionem, etiam absque licentia Episcopi, vt habetur in decretis, de cimanona, quaestione secunda †: & etiam cum licentia Episcopi potest aliquis archidiaconus, archidiaconatum vel parochiam dimittere, & simplicem præbendam accipere sine cura: quod nullo modo liceret, si esset in statu perfectionis: Nemo enim mittens manum ad aratrum & respiciens retro, aptus est regno Dei, vt dicitur Luc. 9. Episcopi autem quia sunt in statu perfectionis, non nisi auctoritate summi pontificis, ad quem etiam solum pertinet in votis perpetuis dispensare, possunt episcopalem curam deferere, & ex certis causis, vt infra dicitur †. Vnde manifestum est, quod non omnes prælati sunt in statu perfectionis, sed soli Episcopi.

*cap. Du.
sunt in si-
ne.*

*qu. 183.
ar. 4.*

Ad primum ergo dicendum, quod de presbytero & Episcopo dupliciter loqui possumus. Vno modo, quantum ad nomen. Et sic olim non distinguebantur Episcopi & presbyteri. Nam Episcopi dicuntur ex eo quod super intendunt, sicut dicit † Augustinus 19. de Ciuit. Dei. Presbyteri autem in Græco dicuntur quasi seniores. Vnde & apostolus communiter vtitur nomine Presbyterorum, quantum ad utroque, cum dicit primæ ad Timotheum quinto, Qui bene præsent presbyteri, duplici honore digni habeantur: & similiter etiam nomine Episcoporum. Vnde dicit Act. 20. presbyteris Ephesinæ Ecclesiæ loquens, Attendite vobis & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei. Sed secundum rem semper inter eos fuit distinctio etiam tempore Apostolorum, vt patet per * Dion. 5. cap. Eccles. Hierar. Et Luc. 10. super illud, Post hæc autem designauit Dominus, &c. dicit † glossa, Sicut in Apostolis forma est episcoporum, sic & in septuaginta duobus discipulis forma est presbyterorum secundi ordi-

*cap. 19. d.
med 10. 5
c 5. p. 1.
in tit. de
Sacerdo-
tum per-
fectioni-
bus.*

*† est glos.
ord ex Be-
da in pr.
ca. 10. in
Luc. 22. 2.*

ordinis. Postmodum tamen ad schisma vitandum, necessarium fuit vt etiam nomina distinguerentur, vt scilicet maiores dicerentur Episcopi, minores autem presbyteri. Dicere autem presbyteros non differre ab Episcopis, inter dogmata hæretica numerat Aug. in libr. † de hæres. Vbi dicit quod Ariani dicebant presbyterum ab Episcopo nulla differentia debere discerni.

† in tit.
Ariani,
Et est ca.
53. 20. 6.

Ad secundum dicendum, quod Episcopi principaliter habent curam ouium suæ diœcesis. Presbyteri autem curati, & archidiaconi, habent aliquas subministraciones sub Episcopis. Vnde super illud primæ ad Corinthios duodecimo, Alij opitulationes, alij gubernationes: dicit gloss. † Opitulationes, id est, eos qui maioribus ferunt opem: vt Titus Apostolo, vel archidiaconi Episcopis. Gubernationes, scilicet minorum personarum prælationes, vt presbyteri sunt, qui plebi documento sunt. Et Dionysius dicit quinto capit. Ecclesiasticæ Hierarchiæ †, quod sicut vniuersam Hierarchiam videmus in Iesu terminatam, ita vnamquamque functionem in proprio diuino hierarcha, id est Episcopo. Et 16. quæstione prima dicitur †, Omnibus presbyteris & diaconis attendendum est, vt nihil absque proprij Episcopi licentia agant. Ex quo patet quod ita se habent ad Episcopum, sicut Baliui vel Præpositi ad Regem. Et propter hoc sicut in mundanis potestatibus solus Rex benedictionem solemnem accipit, alij verò per simplicem commissionem instituuntur: ita etiam in Ecclesia, cura episcopalis cum solemnitate consecrationis committitur: cura autem archidiaconatus vel plebanatus cum simplici iniunctione. Consecrantur tamen in susceptione ordinis, etiam antequam curam habeant.

gl interl.
ibid.

6. 5. in ti.
de sacer.
perfect.

16. 9. 1. c.
cunctis,
in prin.

Ad tertium dicendum, quod sicut plebani & archidiaconi non habent principaliter curam, sed ad ministracionem quamdam, secundum quod eis ab Episcopo committitur: ita etiam ad eos non pertinet principaliter pastorale officium, nec obligatio po-

nendi
pant
ad per
fitioni

Vita

A
D
pralat
perfe
pauper
hoc te
scopi
de prop
Ergo r
scopi

¶ 3
dilectio
tus relig
Dei. V
tur, vt
tem epi
proximi
nantur:
Ergo vi
quam st

¶ 3
vitam c
actiua, a
enim Gr
prodesse
nis app
amori C
ad pra
ur, qu
tatis Ep
SED e

nendi animam pro ouibus, sed in quantum participant de cura. Vnde magis habent quoddam officium ad perfectionem pertinens, quam obtineant perfectionis statum.

ARTIC. VII.

Virum status religiosorum sit perfectior, quam status praelatorum?

874

AD septimum sic proceditur. Videtur, quod status religiosorum sit perfectior, quam status praelatorum. Dominus enim dicit Matth. 19. Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus: quod faciunt religiosi. Non autem ad hoc tenentur Episcopi. Dicitur enim 12. q. 1. Episcopi * de rebus proprijs vel acquisitis, vel quicquid de proprio habent, hæredibus suis derelinquant. Ergo religiosi sunt in perfectiori statu, quam Episcopi.

*inf q 85.
ar. 8. cor.
Et quo 3.
ar 17 co.
Et op. 18.
c. 17. 18.
C 19 Et
Matt 19.
co 12.
18. q. 1 c.
episcopi.*

¶ Præterea, Perfectio principaliter consistit in dilectione Dei, quam in dilectione proximi. Sed status religiosorum directe ordinatur ad dilectionem Dei. Vnde & ex Dei seruitio & famulatu nominantur, vt Dion. dicit 6. cap. Eccles. Hierar. * Status autem episcoporum videtur ordinari ad dilectionem proximi, cuius curæ superintendant, vnde & nominantur: vt patet per Augustinum 19. de Ciuit. Dei. Ergo videtur, quod status religiosorum sit perfectior quam status episcoporum.

non procul a fin.

cap. 19 & me. 10 5.

¶ Præterea, Status religiosorum ordinatur ad vitam contemplatiuam, quæ potior est quam vita actiua, ad quam ordinatur status Episcoporum. Dicit enim Greg. in Pastoral. * quod per vitam actiuam prodesse proximis cupiens Isaias officium prædicationis appetijt. Per contemplatiuam verò Hieremias timori Conditoris sedulo inherere desiderans, ne mit ad prædicandum debeat, contradicit. Ergo videtur, quod status religiosorum sit perfectior, quam status Episcoporum.

*P. 1. c. 7.
pau'ò a
pinc.*

SED contra, Nulli licet à maiori statu ad minorem

18. q. 1. c.
statutum
est.

c. 16. in
med. 10. 3
c. 6. e. cl.
hierar.

ar. 3. hu-
ius q.

li. 2. c. 11
paulo a
prin. 10. 4

rem transire: hoc enim esset retro aspicere. Sed potest aliquis à statu religionis transire ad statum episcopalem. Dicitur enim 18. quest. 1. quod sacra ordinatio de monacho Episcopum facit. Ergo status episcoporum est perfectior quam status religiosorum.

RESPONDEO dicendum, quod sicut Augustinus dicit 12. super Genes. ad litteram 7. Semper agens praestantius est patiente. In genere autem perfectionis, secundum Dionysium, Episcopi se habent ut perfectiores, religiosi autem ut perfecti; quorum unum pertinet ad actionem, alterum autem ad patientiam. Unde manifestum est, quod status perfectionis prior est in episcopis, quam in religiosis.

Ad primum ergo dicendum, quod abrenuntiatio propriarum facultatum dupliciter considerari potest. Vno modo, secundum quod est in actu. Et sic in ea non consistit essentialiter perfectio: sed est quoddam perfectionis instrumentum, sicut supra dictum est. Et ideo nihil prohibet statum perfectionis esse sine abrenuntiatione propriarum: sicut etiam dicitur de alijs exterioribus obseruationibus, vnde potest considerari, secundum preparationem, vnde scilicet homo sit paratus, si fuerit opus, omnia dimittere vel distribuere. Et hoc pertinet directe ad perfectionem. Vnde Augustinus dicit in lib. de Quatuordecim Euang. * Ostendit Dominus filios sapientiae intelligere, nec in abstinento, nec in manducando esse iustitiam, sed in aequanimitate tolerandi inopiam. Vnde & Apostolus dicit, Scio & abundare, & penuriam pati. Ad hoc autem maxime tenentur Episcopi, quod omnia sua pro honore Dei, & salute sui gregis contemnunt, cum opus fuerit, vel pauperibus sui gregis largiendo, vel rapinam bonorum suorum cum gaudio sustinendo.

Ad secundum dicendum, quod hoc ipsum quod episcopi intendunt his, quae pertinent ad proximitatem dilectionem, prouenit ex abundantia dilectionis diuina: Vnde Dominus primo à Petro quaestione cum

diffigeret; & postea ei sui gregis curam commisit. Et Gregorius dicit in Pastoralibus *, Si dilectionis est testimonium cura pastoralis, quisquis virtutibus polletens, gregem Dei renuit pascere, Pastorem summum conuincitur non amare. Hoc autem est maioris dilectionis signum, vt homo propter amicum etiam alij seruiat, quam etiam si soli amico velit seruire.

p. 1. c. 5. parū ante med.

Ad tertium dicendum, quod sicut Gregorius dicit in Pastoribus † Sit presul actione præcipuus, præ cunctis contemplatione suspensus: quia ad ipsos pertinet non solum propter seipsos, sed propter instructionem aliorum contemplari. Vnde Gregorius dicit super Ezechielem quod de perfectis * viris post contemplationem suam redeuntibus dicitur Psal. 144. Memoriam suauitatis tue eructabunt.

in 2. p. c. 1. parū ante med.

hom. 5. a med. illius.

ARTIC. VIII.

¶ Num presbyteri, curati, & archidiaconi, sint maioris perfectionis, quam religiosi?

875

quolib. 1.

ar. 14. ad

2. Et quo

lib. 3. ar.

17. Et op.

18. c. 20.

& 21. &

Matt. 19

col. 12.

* in li. 6.

de sacer.

inter pr.

& med.

10. 5.

† ibid.

* eod. loco

nunc

proximè

dicto.

epist. 148

in princ.

29. 2.

Ad octauum sic proceditur. Videtur, quod etiam presbyteri, curati, & archidiaconi, sint maioris perfectionis, quam religiosi. Dicit enim Chrysostomus in suo dialogo *, Si talem mihi aliquem adducas monachum, qualis, vt secundum exaggerationem dicam, Helias fuit: non tamen illi comparandus est, qui traditus populis, & multorum peccata ferre compulsus, immobilis perferuerat & fortis. Et paulo post dicit †; Si quis mihi proponeret optionem, vbi mallet placere, in officio sacerdotali, an in solitudine monachorum: sine comparatione eligerem illud quod prius dixi. Et in eodem lib. dicit *, Si quis bene administrato sacerdotio, illius propositi, scilicet monachalis, sudores conferat: tantum eos distare reperiet, quantum inter priuatum distat & regem. Ergo videtur, quod sacerdotes habentes curam animarum, sint perfectiores religiosi.

¶ 2. Præterea, August. dicit in epistola ad Valerium †; Cogitet religiosa prudentia tua, nihil esse in hac vita (& maxime hoc tempore) difficilius, laboriosius,

6:2 QVÆST. CLXXXIV. ART. VIII.
riofius, periculofius epifcopi, aut presbyteri, aut diaconi officio. Sed apud Deum nihil beatius, fi eo modo militetur, quo noster Imperator iubet. Non ergo religiofi funt perfeftiores presbyteris, aut diaconibus.

*epist. 76.
in medio
10. 2.*

¶ 3 Præterea, Auguftinus* dicit ad Aurelium, Nimis dolendum est, fi ad tam ruofam Superbiam, monachos furrigamus, & tam grani contumelia clericos dignos putemus, vt fcilicet dicatur quod malus monachus bonus clericus est: cum aliquando etiam bonus monachus vix bonum clericum faciat. Et paulo antea præmittit*, non esse viam dâdam feruis Dei, id est, monachis, vt se facilius putent eligi ad aliqd melius fcilicet clericatum, si facti fuerint deteriores, fcilicet abiecto monachatu. Ergo videtur, quod illi qui funt in statu clericali, funt perfeftiores religiofi.

** in ead.
epist. 76.*

¶ 4 Præterea, Non licet de statu maiori ad minorem transire. Sed de statu monastico transire licet ad officium presbyteri curam habentis, vt patet 16. quaestione prima ex decreto Gelasij Papæ*, qui dicit, Si quis monachus fuerit, qui venerabilis vixit merito, sacerdotio dignus videatur, & Abbas, ab cuius imperio regi Christo militat, illum fieri presbyterum petierit, ab Episcopo debet eligi, & in iure quo iudicauerit, ordinari. Et Hieron. dicit ad Iulianum*, monachum, Sic viue in monasterio, vt clericus esse mercaris. Ergo presbyteri curati, & archidiaconi, funt perfeftiores religiofi.

*16. q. 1.
c. si quis
monachus*

*de viuen
di forma
a medio,
10.
art. prac.*

¶ 5 Præterea, Episcopi funt in statu perfeftiori, quam religiofi, vt ex supra dictis patet*. Sed presbyteri, curati, & archidiaconi ex eo quod habent curam animarum, similiores funt Episcopis, quam religiofi. Ergo funt maioris perfeftionis.

*c. 2. circa
fin. 10. 5.*

¶ 6 Præterea, Virtus consistit circa difficile & bonum, vt dicitur in secundo Ethicorum*. Sed difficilius est, quod aliquis bene viuat in officio presbyteri curati, vel archidiaconi, quam in statu religiofi.

Ergo p
rioris
SED
ne 2. c
fropo p
tus Spi
tanoni
tur, n
Sed non
ibi dici
go vid
archidi
RESE
eminen
te, in q
rune. In
tra est
cium. A
enem, c
quod cu
ergo ex
dine dia
rum hab
regulare
antem p
haru & c
ligiofi, s
habente
latu qui
dine ver
minencia
quod du
difficulta
tatem, s
tri cura
nam su
ar auter
nam vita

Ergo presbyteri, curati, vel archidiaconi, sunt perfectioris virtutis, quàm religiosi.

SED contra est, quod dicitur decimanona quæstio-
ne 2. canone, Dux *, Si quis in Ecclesia sua sub Epi-
scopo populum retinet, & seculariter vivit, si affla-
tus Spiritu sancto, in aliquo monasterio vel regula-
tionica saluari se voluerit: quia lege priuata duci-
tur, nulla ratio exigit, vt lege publica constringatur.
Sed non ducitur aliquis à lege Spiritus sancti, quæ
ibi dicitur lex priuata, nisi in aliquid perfectius. Er-
go videtur, quòd religiosi sint perfectiores, quàm
archidiaconi vel presbyteri curati.

19. q. 8. c.
duæ sunt.
a med.

RESPONDEO dicendum, quòd comparatio super-
eminentiæ non habet locum inter aliquos ex ea par-
te, in qua conueniunt, sed ex ea parte, in qua diffe-
runt. In presbyteris autem, curatis, & archidiaconis,
tria est considerare, scilicet statum, ordinem, & offi-
cium. Ad statum pertinet quòd seculares sint: ad or-
dinem, quòd sint sacerdotes vel diaconi: ad officium,
quòd curam animarum habeant sibi commissam. Si
ergo ex alia parte ponamus statum religiosum, or-
dine diaconum vel sacerdotem, officio curam anima-
rum habentem, sicut plerique monachi & canonici
regulares habent: in primo quidem excellit, in alijs
autem par erit. Si autem differat secundus à primo
statu & officio, conueniat autem ordine, sicut sunt re-
ligiosi, sacerdotes, & diaconi, curam animarum non
habentes: manifestum est, quòd secundus primo erit
statu quidem excellentior, officio autem minor, or-
dine verò æqualis. Est ergo cõsiderandum quæ pre-
minentiã potior sit, vtrum status, vel officij. Circa
quod duo attendenda videntur, scilicet bonitas &
difficultas. Si ergo fiat comparatio secundum boni-
tatem, sic præfertur status religionis officio presby-
teri curati, vel archidiaconi: quia religiosus totam
vitam suam obligat ad perfectionis studium. Presby-
ter autem curatus, vel archidiaconus non obligat to-
tam vitam suam ad curam animarum, sicut Episco-
pus

ar. 6. ad
2.

hom. 20.
post med.
illius.
* 19. q. 1.
c. clerici.

e. 6. p. 1.
a medio
illius.

pus: nec etiam ei competit principalem curam subdi-
torum habere, sicut Episcopo: sed quadam particu-
laria circa curam animarum eorum officio commi-
tuntur, ut ex dictis patet*. Et ideo comparatio sta-
tus religionis ad eorum officium, est sicut uniuersalis
ad particulare, & sicut holocausta ad sacrificium,
quod est minus holocausto: ut patet per Gregorium
super Ezech. † Vnde & decimanona, quæstione pri-
ma, dicitur*, Clerici qui monachorum propositum
appetunt, (quia meliorem vitam sequi cupiunt) li-
beros eis ab Episcopis in monasterijs oportet largiri
ingressus. Sed hæc comparatio intelligenda est secun-
dum genus operis. Nam secundum charitatem ope-
rantis contingit quandoque, quod opus ex genere suo
minus existens, magis sit meritorium, scilicet si ex ma-
iori charitate fiat. Si verò attendatur difficultas bene
conuersandi in religione & in officio habentis cu-
ram animarum: sic difficilius est bene conuersari cum
cura animarum, propter exteriora pericula, quamuis
conuersatio religionis sit difficilius, quantum ad op-
sum genus operis, propter arctitudinem obseruantie
regularis. Si verò religiosus etiam ordine caret (si-
cut patet de conuersis religionum), sic manifestum
est excellere præminentiam ordinis quantum ad di-
gnitatem: quia per sacrum ordinem aliquis deputatur
ad dignissima ministeria, quibus ipsi Christo seruiunt
in Sacramento altaris, ad quod requiritur maior in-
timitas interior, quam requirat etiam religionis status
quia sicut Dionysius dicit sexto capitulo Ecclesiasti-
cæ Hierarchiæ*, Monasticus ordo debet sequi sa-
cerdotales ordines, & ad eorum imitationem in di-
na ascendere. Vnde grauius peccat, ceteris paribus,
clericus in sacris ordinibus constitutus, si aliquid con-
trarium sanctitati agat, quam aliquis religiosus, qui
non habet ordinem sacrum: quamuis laicus religio-
sus teneatur ad obseruantias regulares: ad quas illi
qui sunt in sacris ordinibus, non tenentur.
Ad primum ergo dicendum, quod ad illas aucto-
ritates.

ritates Chrysofomi breuiter responderi posset, quod non loquitur de sacerdote curato minoris ordinis, sed de episcopo, qui dicitur summus sacerdos. Et hoc conuenit intentioni illius libri, in quo consolatur se & Basilium de hoc, quod erant in episcopos electi. Sed hoc prætermisso, dicendum est, quod loquitur quantum ad difficultatem. Præmittit enim t, Cum fuerit gubernator in medijs fluctibus, & de tempestate nauem liberare potuerit, nunc merito testimonium perfecti gubernatoris ab omnibus promeretur. Et post concludit quod supra positum est de monacho*: qui non comparandus est illi, qui traditus populis, immobilis perferuerat. Et subdit causam t, Quia sicut in tranquillitate, ita in tempestate gubernauit seipsum. Ex quo nihil aliud ostendi potest, nisi quod periculosior est status habentis curam animarum, quam monachi. In maiori autem periculo innocentem se feruare est maioris virtutis indicium. Sed hoc etiam ad magnitudinem virtutis pertinet, quod aliquis uictet pericula, religionem intrando. Vnde non dicit, quod mallet esse in officio sacerdotali, quam in solitudine monachorum, sed quod mallet placere in hoc, quam in illo: quia hoc est maioris virtutis argumentum.

lib. 6. de sacerdos. inter pr. & med. 10. 5. arg. 1. huius art. eodem loco nunc dicto.

Ad secundum dicendum, quod etiam illa auctoritas Augustini manifestè loquitur quantum ad difficultatem, quæ ostendit magnitudinem virtutis in his, qui bene conuersantur, sicut dictum est*.

in solut. ad prac. arg.

Ad tertium dicendum, quod Augustinus ibi comparat monachos clericis, quantum ad distantiam ordinis, non quantum ad distantiam religionis & secularis uitæ.

Ad quartum dicendum, quod illi qui à statu religionis assumuntur ad curam animarum, cum prius essent in sacris ordinibus constituti, assequuntur aliquid quod prius non habebant, scilicet officium curationis. Non autem deponunt quod prius habebant, scilicet religionis statum. Dicitur enim in Decretis de Sec. Sec. Vol. iij.

R r cura-

16. q. 1. c. de monachis.

¶ In sexta quaestione prima, De monachis*, qui dimorantes in monasterijs, si postea ad clericatus ordines peruenerint, statuimus non debere eos a priori proposito discedere. Sed presbyteri curati, vel archidiaconi, quando religionem ingrediuntur, curam deponunt, ut adipiscantur perfectiorem statum. Unde ex hoc ipso excellentia ex parte religionis ostenditur. In hoc autem quod religiosi laici assumuntur in clericatum & ad sacros ordines, manifeste promouentur ad melius, sicut supra dictum est*. Et hoc ostenditur ex ipso modo loquendi: cum Hieronymus dicit †, Sic in monasterio uiue, ut clericus esse merearis.

arg. 4.

† loco citato in arg.

Ad quintum dicendum, quod presbyteri, curati, & archidiaconi sunt similiores episcopis, quam religiosi quantum ad aliquid, scilicet quantum ad curam ammarum, quam secundo habent: sed quantum ad perpetuam obligationem, quæ requiritur ad statum perfectionis, similiores sunt episcopo religiosi, ut ex supra dictis patet*.

ar. 5. et 6

Ad sextum dicendum, quod difficultas, quæ est ex arduitate operis, addit ad perfectionem virtutis. Difficultas autem, quæ prouenit ex exterioribus impedimentis, quandoque quidem diminuit perfectionem virtutis: puta, cum aliquis non tantum virtutem amat, ut impedimenta virtutis declinare velit, secundum illud Apostoli prima ad Corinthios nono, Omnis qui in agone contendit, ab omnibus se abstinere. Quandoque verò est signum perfectioris virtutis: puta, cum alicui ex inopinato, vel ex necessaria causa impedimenta virtutis occurrunt, propter quæ tamen a virtute non declinat. In statu autem religionis est maior difficultas ex arduitate operum. Sed in his qui in seculo viuunt qualitercumque, est maior difficultas ex impedimentis virtutis: quæ religiosi per omnia prouide vitauerunt.

QVÆ-